

## Tit. II.

De Servitutibus Urbanorum  
Prædiorum.

*Servitutes U. P.* (quæ faciunt ut ædificium dominans sit amplius & commodius) sunt

1. *Oneris ferendi*  
directè, ut vicinus patiatur onus mearum ædium incumbere parieti vel columnæ suæ.  
consequenter, ut reficiat vicinus suum, ne meum ruat.  
Cogi non potest ut reficiat, si rem derelinquere vult.  
Dominans fulturam præstat.
2. *Tigni immittendi*, ubi non tenetur serviens reficere.
3. *Projiciendi protegendive*, nempe per  
mæniana, Aercker/Anfladen/  
fuggrundia, Wetterdächer.
4. *Altius tollendi*, qua vicinus etiam cum danno suo tenetur  
pati, ut ego altius ædificem. Nempe cùm aliás contrà  
ædificando vel novum opus nunciando (si certa Lex alti-  
tudini sit statuta) me potuisset impedire, si mecum non  
contraxisset, hancque servitutem iniisset.
5. *Altius non tollendi*, qua vicinus ad mearum ædium utilitatem  
cogitur ædes suas habere depressas, aut saltem supra eum  
modum non elevatas, quām quo conventum est.
6. *Luminum*, qua vicinus lumen cœli s. aeris, etiam de novo  
quæsitum, mihi etiam per suum aut communem parie-  
tem concedere tenetur.
7. *Ne luminibus officiatur*, qua vicinus lumen aeris jam olim mi-  
hi coīpetens non impedire aut turbare tenetur.
8. *Prospiciendi s. Prospectus*, qua vicinus prospectum (etiam de  
novo quæsitum) in suum prædium (hortum) mihi conce-  
dere tenetur.

y.Ne